



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Virtvtvm Adeptione, Siue De Instrvmentis
Assequendæ Virtvtis libellus R. P. Iacobi Alvarez De Paz
Toletani è Societate Iesv**

Álvarez de Paz, Jacobo

Coloniae Agrippinae, 1615

§. 7. De Maceratione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46634](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46634)

IV. Quisque seipsum erubescere; & nec manu corpus proprium attrahere, nec semetipsum nudum aspicere.

V. Ita modestè & circumspectè incelia, & sine arbitris degere, ac si oculi nos omnium hominum viderent.

Postulatio Pudicitia: Domine Iesu Christe, qui sancto animarum pudore delectaris, & in sponsis tuis omnem pudicitiam & honestatem exquiris: da nobis, te semper presentem cogitare, & omnia exteriora ac interiora nostra te intuentem agnoscere, ut ab omni eo motu & actu, qui tue sanctitati inuisus esse poterit, diligenter abstineamus. Amen.

De Castitate & his duabus eius partibus infra latius agemus.

De Maceratione. §. VII.

Maceratio est virtus qua corpus nostrum ieiunijs, vigilijs, cilicij, disciplinis, abstinentia cibi & potus, stationibus, genuflexionibus, humicubationibus, & alijs huiusmodi sponte castigamus, ut castitatem diligentius custodiamus, & Christo pro nobis crucifixo conformemur.

Inci-

Lib 10.
pa .2. per
tot.

Incitamenta ad Macerationē sunt:

I. Castigatio corporis pro peccatis præteritis satisfacit, vt secundum mensuram delicti, sit & plagarum modus Carnem spiritui subijcit, iuxta illud Pauli: *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo.* Et à Deo cœlestia dona, præsertim donum Castitatis extorquet. Caro enim nostra, doloribus afflicta & castigata, impuras voluptates dediscit, & liberam finit animam, vt cœlestes voluptates suspiret.

II. Qui carnem suam molliter tractat, facilè ad vetita, & noxia declinat. Sanctus enim David ait: *Non sedi cum consilio vanitatis, & cum iniqua agentibus nō introibo.* Odiui Ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebō. Ille autem sedit cum consilio vanitatis, qui de indulgendo suo corpori cogitat, vt Richardus Victorinus ait; *Richard.* ex quo facilè est, ad consilium iniquitatis peruenire, congregationem iniquorum amare, & cum ipsis ad captandas prohibitas voluptates sedere. *ibid.*

M 5

III. Ma

Idem ad
Psal. 4.

Psal. 21.
27.

III. Maceratio corporis aditum ad diuinas consolationes parat, carnis autem oblectatio mentem spiritali dulcedine priuat. Vnde idem Richardus ait: *Hanc vere suauitatis satieta- tem sentire nō possunt, qui exterioribus delicijs affluunt. Non enim inuenitur huiusmodi suauitas in terra suauiter viuentium: nec sapere potest, sapor huiusmodi inter tot oblectamenta deliciarum, & tam varia condimenta ciborū. Edēt, inquit, pauperes, & saturabūtur, pauperes, inquit, non diuites.* Hæc ille.

Actiōnes Macerationis sunt: I. Car- ni superflua denegare, & sola necessa- ria in victu & indumento concedere.

II. His, quæ supra retulimus, exte- rioribus asperitatibus carnē affligere.

III. Aegritudines & reliquas cor- poris molestias, accidētes ex hoc fine macerandi carnē, æquanimiter ferre.

IV. In omnibus, quæ ad corpus per- tinent, ita nos habere, vt caro spiri- tui seruiat, & numquam propter so- lam oblectationem quicquam acci- piat.

Postulatio Macerationis: Domine
Iesu

Iesu Christe, quem in mundum venientem, gelu, frigora, & niues excipiunt, quem apud nos manentem, fames, sitis, & huius vitæ molestiæ comitantur, quem hinc emigrantem, flagella, spinæ, crux, & clavi circumsepunt: tolle à nobis nimium amorem nostri, & desiderium nos castigandi, & macerandi benignus attribue, vt dum nos ipsos in hac vita salutari odio prosequimur, in vitam æternam nostras animas custodiamus. Amen.

De Mansuetudine. §. VIII.

Mansuetudo est virtus, qua irā aduersus eos, qui nos iniuria afficiūt, comprimimus, & moderamur. Vel, est, vt quædam glossa ait, *dulcedo animi, quam non vincit amaritudo.* Vel, vt definit Albertus, *est, cum propter illatas iniurias, mens nequaquam exacerbat, nec amaritudo cordis exterius indicatur, sed est quis quasi homo nō audiēs, & non habens in ore suo redargutiones.*

Incitamenta ad Mansuetudinē sunt:
I. Exemplum Dei, qui infinitis hominum peccatis prouocatus non

M 6.

irri-

Glos.

Mart 5.

Alb. c. 19.

Psa 37. 15.